



Kern 86
(1-54; a-g)

(42)

AVSPICII NVMINIS SVPREMI
AVCTORITATE
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI
BORVSSORVM REGIS
FRIDERICI II.

ELECTORIS ET MARCHIONIS
BRANDENBVRGICI,
RELIQVA

CONSPECTVS ACROASIVM

EX OMNI SCIENTIARVM ET DISCIPLINARVM

BONARVM GENERE

TAM PVBLICE QVAM PRIVATIM

QVAS

PROFESSORES
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE
PER SEMESTRE AESTIVVM

IN

STVDIOSAE IVVENTVTIS INSTITVTIONEM

IMPENDERE CONSTITVERVNT

PRORECTORE MAGNIFICO

IOANN. SALOMONE SEMLER

S. S. THEOL. DOCTORE ET PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO
SEMINARII REGII DIRECTORE.

P. P. ANNO AER. CHR. MDCCCXLII.

D. X. APRILIS.

HALAE MAGDEBVRGICAE TYPIS HENDELIANIS.



LECTIONES PRORECTORIS, DIRECTORIS,
AC
PROFESSORIS MATHESEOS ET PHYSICES PRIMARIÆ.

I O. SALOM. SEMLER 1) instaurabit lectiones theologiae *dogmaticae* in partem primam; 2) perget in polemicis scholis, in artic. de Christo. His addet, ubi abierit a magistratu publico, lectiones *morales*.

IO. ERNESTVS FLOERCKE, adhuc inter obsides publicos Norimbergae re- tentus, lectionum, quibus Musis Halensibus inferuire auet, indicationem vsque ad reditum suum differre cogitur.

IO. AND. DE SEGNER hoc semestri praeleger: Publice, hora XI. Methodum Fluxionum directam, quam nos Calculum Differentialem dicimus. Priuatim hora IX. Physicam; tum hora II. Elementa Matheseos, id est, Arithmeticam, & Geometriam cum vtraque Trigonometria, & hora III. Analyfin finitorum. Libellos, qui explicabuntur, ipse edidit.

LECTIONES THEOLOGICAE.

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS Pauli Epistolam ad Ephesios interpretabitur, cui, si tempus supererit, illam ad Philippenses addet. In Paraeneticis horis selecta argumenta tractabit & in illustratione exegetico-ascetica nonnullorum Psalmorum perget.

CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS hora IX. ante meridiem Epistolae Pauli ad Romanos & Corinthios ex Graeco, & hora XI. duodecim Prophetas minores & Psalmos Dauidis ex Ebraeo fonte interpretabitur.

IO. GEORG. KNAPP primo *theologiam Dogmaticam* denuo auspicabitur; deinde *controuersias* quoque *theologicas* cum variis familiis dissentientium explicabit. In *ascetica* praeterea *tractatione* lectorum ex S. litteris locorum die Domini hor. V-VI. perget.

I V R I D I C A E.

IO. TOB. CARRACH, cum nondum contigerit, quod sperare licebat, exuere illam obsidis personam, non habet, quod de lectionibus suis, praeter desiderium, iam prodar.

DANIEL NETTELBLADT priuatissime systema suum vniuersae iurisprudentiae positivae explicabit. Priuatim vero docebit hora IX-X. Iurisprudentiam criminalem, duce КОЧНО; hora X-XI. primam & secundam systematis sui iurisprudentiae naturalis partem interpretabitur; hora XI-XII. in СТРУВІІІ elementa iuris feudalis commentabitur. Consuetas iuris germanici scholas aperire nequit, ob defectum elementorum huius iuris, quibus uti solet in iis.

PHILIPPVS IACOBVS HEISLER 1) Collegium *Pandectarum* continuabit horis VII-VIII. X-XI. & II-III. 2) *Elementa Iurisprudentiae criminalis* Perillustr. Io. Sam. Frid. BOEHMERI explicabit horis VIII-IX. & IX-X. His 3) addet collegium iuris Feudalis, praecunte WOLFIO in *Elementis iuris Feudorum* hora XI-XII.

GEORG.

GEORG. SAMVEL. MADIHN, Hora VIII-IX. & I-II. loco Pandectarum ad STRV VII Iurisprudentiam R. G. forensē ita commentabitur, vt non vera solum iuris germ. principia, sed legitimam quoque iuris ciuil. ad fora nostra adplicationem euoluat. 2) Hor. IX-X. Ius feudale, duce STRV VIO, secundum editionem ab Illustri HELFELD adornatam, 3) Institutiones D. Iustiniani Imp. hor. XI-XII. interpretabitur.

ERNESTVS CHRISTIANVS WESTPHAL semestri aestiuo instante offert Honoratissimis omnis Ordinis Commilitonibus Hor. VIII-IX. II-III. Collegium Pandectarum ad Compendium Ludouicianum. Hor. X-XI. Collegium Iuris Canonici, vbi Io. Rud. ENGAVII Elementa Iuris canonico-pontificio-ecclesiastici interpretabitur. Hor. XI-XII. Collegium Institutionum, vbi HEINECCIJ Elementa Iuris ciuilis iterum explicabit. Hor. II-III. die Saturni Collegium disputatorium eo. quo haecenus consuevit, modo continuabit; vt tamen ad istas disputandi exercitationes selectus Commilitonum numerus mature nomina indicet, rogat.

M E D I C A E.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER hora matutina VII. ad VIII. *Pathologiam specialem* explanabit; hora VIII-IX. & X.-XI. *Therapiam specialem*, additis intus necessariis regulis & caucelis practicis, in singulorum morborum curationibus obseruandis, perspicue tradet; hora XI.-XII. diebus δ & ζ & η vires atque vsum medicamentorum compositorum, iuxta auctas Praelectiones b. SCHVLZII in *Dispensatorium Borussio-Brandenburgicum*, exponet; diebus vero ξ & θ , eadem hora, manu ductionem ad *Formularum medicarum praescriptionem* suppeditabit, horumque laborum initium, finis nundinis Lipsiensibus, die xvii. Maii b. c. d. faciet.

FRIDERICH HOFFMANN publice Physiologiam hor. X-XI, priuatim vero Hora XI-XII. materiam medicam praeleget, & simplicia ex triplici regno petita, quae in vsum medicum cedunt, ostendet. Initium harum lectionum erit finitis instantibus nundinis Lipsiensibus d. xvii. Maii.

PHILIPPVS ADOLPHVS BOEHMER, *priuatim* hora VII. matutina fundamenta Chirurgiae tradet theoretico-practica, Duce b. HEISTERO. Hora IX. in *Celeb. ROEDERERI* artis obstetricariae elementa commentabitur. Hora I. diebus Mercurii & Veneris, de fasciis chirurgicis, ad libellum b. BASSII exponet, adhibendasque monstrabit. Addet operationes in cadaueribus potiores. Praeterea hora II. in tradendis institutionibus praxeos clinicae perget, easque ad finem perducet.

IO. PETR. EBERHARD, hor. II-III. *Physiologiam* tradet ad ductum proprii compendii. Deinde *Pathologiam, Semiologiam* iunctam, explicabit. Reliqui labores erunt Philosophici.

F. C. IVNCKER *publicis* praelectionibus vires & vsum medicamentorum compositorum, iuxta praelectiones SCHVLZIANAS in *Dispensat. Borussio-Brandenb.* explicabit. *Priuatim* hora X-XI. physiologiam, hora XI-XII. pathologiam, & hora II-III. materiam medicam, debita exponet perspicuitate. *Priuatissime* hora IX-X. Exercitationes clinicas more consueto continuabit.

P H I L O S O P H I C A E.

CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS, praeter lectiones theologicas supra indicatas, hora III. a meridie doctrinam de Accentibus seu intertinctionibus Ebraei Codicis ad ductum libelli Filii sui, *Anfangsgründe der hebraeischen Accentuation*, explanabit.

IOANNES IOACHIMVS LANGIVS *publice* hor. VIII. *Mathesin puram* ad ductum compendii KAESTNERIANI; *priuatim* autem *Physicam dogmatico-experimentalem* hor. I. & *Chemiam theoretico-practicam* hor. IV. explicabit. Geometriae practicae causa suo tempore certiores reddet eam desiderantes. De reliquo iis inferuire studebit, qui alias praeter has lectiones cupiunt priuatas vel priuatissimas, modo in tempore inter se & mecum de his negotiis contendant.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER *publicis* in *praelectionibus* explanabit *Cosmologiam* & doctrinam de *Elementis*; *priuate* autem *studio* occupatus erit in illa Historiae naturalis parte, quae *animale* complectitur *regnum*, diesque ac horas, laboribus hisce destinandas, consueto tempore seorsim indicabit.

IOANNES FRIDERICVS STIEBRITZ, 1) *Metaphysicam Wolfianam*, eiusque vsum in scientiis, vt vocant, superioribus tradet: II) *fundamenta linguae ebraicae*, ad ductum DANZIANI compendii, explicabit; quo labore finito, *accentuum ebraico-*

TUVIS

rum rationem, praeunte b. Io. Henr. MICHAELIS, exponet. III) In enucleandis difficilioribus noui foederis locis perget, seque conferet ad *Acta apostolica, epistolas, atque Apocalypsin Ioanneam*, id operam daturus, vt nihil praetermittatur, quod ad Commilitonum progressus, in philologia, exegeti & cognitione doctrinarum salutarium adquirendos, facere queat. Denique IV) ad plurium vota eadem methodo vtetur in interpretandis *libris vet. Testamenti*. Incipiet igitur a *Pentateuco Mosaico*, omnibusque locis intellectu facilioribus, in iis solis haerebit, quae, siue voces siue res spectes, difficultate insignia sunt. Progredietur per hoc semestre, quo vsque sine incommodo Auditorum fieri potest, reliqua additurus, si Deus vitam & vires concesserit, futuro semestri. Initium haec lectiones sument finitiss Liptensium nundinis.

GEO. FRID. MEIER interpretabitur 1) hor. IX-X. & simul mense Augusto hor. VII-VIII. *Metaphysicam* cel. BAYMGARTEN, 2) hor. III-IV. *Logicam*, & priuatissime aut ethicam philosophicam, aut homileticam.

E X T R A O R D I N A R I A E.

GOTTLIEB ANASTASIVS FREYLINGHAUSEN in scholis *symbolicis Augustanam Confessionem* potissimum cum ipsius *Apologia* illustrabit; *antiquitates item christianas*, ad ductum breuiarii BAYMGARTIANI exponet, atque ex fonte ebraeo *Psalms selectos* cum *Ecclesiaste* interpretabitur, nec *disputandi* exercitia desiderantibus desiturus.

IO. AVG. NOESSELT b. c. D. interpretabitur hor. VII-VIII. *Matthaei, Marci & Lucae* Euangelia; in alia hora antemeridiana redibit ad enarrationem historiae Christianorum, eamque studebit intra annum absolueri. Ceteras lectiones propter diuisas Auditorum sententias aliasque causas desinire nondum audeo, sed suo tempore e loco publico significabit.

D. IO. FRIDERICVS IOACHIM Deo propitio a VII-VIII. *Historiam Vniuersalem* ad compendium suum; a VIII-IX. *Historiam Germanici Imperii* ad introductionem suam; ab XI-XII. *Ius feudale* ad elementa iuris feudorum b. WOLFFII, tradet. Singulos hos labores finitiss nundinis Liptensibus auspiciabitur.

D. CAROLVS FRIDERICVS PAULI *Historiam Vniuersalem* ad GEBAVERI *Grundriß*, hor. VII. matutina; *Historiam I. R. G.* ad SCHMAUSSII *historisches Ius publicum* hor. VIII.; hor. XI. ad XII. vero priuatissime *Notitiam Statisticam Regnorum Europaeorum* praecipuorum docebit.

D. ERNESTVS FRIDERICVS KNORRE, 1) *Collegium practicum Elaboratorium* ad ductum b. PARENTIS *Anleitung zum Proceß* aperiet. 2) *Artem relocatoriam* tradet duce b. PARENTE *in der Anleitung zur Reservierung der Aëren*.

D. HENRICVS CHRISTIANVS ALBERTI publice propagationem, vegetationem & fructificationem plantarum demonstrabit. Priuatim Physiologiam, Pathologiam & Botanicam duce Clar. LINNAEO docebit. Horas his lectionibus destinatas e valuis publicis indicabit.

D. FRIDERICVS LEBERECHE SVPRIAN per instans semestre physiologiam ad SCHVLTZII ductum publice exponet; priuatim autem pathologiam tam generalem, quam specialem docebit.


IO. PETR. EBERHARD, hor. VIII-IX. *Matheßin puram*, hor. IX-X. *Matheßin applicatam* explicabit, vtramque duce WOLFFIO. *Physicam* vero *experimentalem* tradet hor. I-II. ad ductum proprii compendii.

F. W. ELLENBERGER tradet Aestheticae generales, & poeticos & prosae speciales regulas hora X-XI. CORVINI Logicam hor. II-III. postremos duos prophetas Zachariam & Malachiam critice & grammaticae hor. I-II. Introductionem in nouum testamentum hor. III-IV. De societate elegantioris literaturae bene mereri studebit, cuius contentus die Sabbathi hor. II-III. celebrantur.

IO. LVDOV. SCHVLZE Hor. VIII-IX. linguae arabicae elementa duce KALILIO proponet. Hora IX-X. aut *Iobum* aut *Prouerbia Salomonis* e fonte sacro interpretabitur. Hora V-VI in HEINECCI Fundamenta stili commentabitur. Praeterea lectiones priuatissimas in HOMERVM continuabit, finito Iliadis libro sexto ad septimum & sequentes, progressurus.

IO. CHRISTIAN FOERSTER 1) metaphysicam illustr. de WOLFF hor. IX-X. 2) b. CORVINI Logicam hor. II-III. 3) Ius naturae & gentium secundum b. WOLFFII principia docebit. 4) Priuatissime adhuc selectum Auditorum numerum bis per hebdomada in applicandis logicis regulis exercebit. Vltimis his lectionibus, quas dabit horas, tempestiue significabit.





(42)

AVSPICIIIS NVMINIS SVPREMI
 AVCTORITATE
 SERENISSIMI AC POTENTISSIMI
 BORVSSORVM REGIS
FRIDERICI II.

ELECTORIS ET MARCHIONIS
 BRANDENBVRGICI,

RELIQVA

CONSPECTVS ACROASIVM

EX OMNI SCIENTIARVM ET DISCIPLINARVM

BONARVM GENERE

TAM PVBLICE QVAM PRIVATIM

QVAS

PROFESSORES

ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE

PER SEMESTRE

IN

STVDIOSAE IVVENTVT

IMPENDERE CON

PRORECTORE

IOANN. SALOM

S. S. THEOL. DOCTORE ET PROFE

SEMINARIII REGII

P. P. ANNO AER. CH

D. X. AER

HALAE MAGDEBVRGICAE

